CTOR, inter legendum valeant effugere sensum; qua es facilitate, atque erga me, vel hæc studia, benevolo affectu, libentissime corriges, neque ejus mihi quicquam, quod peccatum in hac editione sæpius est, tribues. Qui non gloriolæ alicujus aucupandæ studio, quam mihi ex alieno labore haud queo polliceri, sed tum Patriæ rei amore, qua nihil charius civi bono esse debet, tum ut in simili argumento haberes, quem MONTIS-SERENI Chronico à me anno superiore liberaliter tecum communicato, posses adjungere, hoc, quicquid est, laboris in me suscepi, pro virium mearum modulo etiam aliis, quæ antehac promisi, Tibi commodaturus, modo operam meam porro non ingratam Tibi esse, vel fore, indicaveris. Deus Te quam diutissime salvum præstet. Scribebam Scheningæ XXVII. Augusti, anno CIↃ IↃ C LXVII.

IN CHRO-